

Ad cauendum Litigia que rerum cupiditas mater litium generat incessanter de consilio sane prudencie est indultum ordinis gesta recordatione digna scriptis authenticis commendentur. hinc est quod nos *Albertus* dei gratia *Thuringie Lantgrauus* et *Saxonie comes Palatinus* Recognoscimus et constare cupimus vniuersis christi fidelibus quibus presens scriptum fuerit demonstratum. quod pure propter deum et pro remedio anime nostre omnia bona quocunque nomine censeantur que priorissa et conuentus sanctimonialium in *Cronswitz* pro donacione seu pro empicione sue ecclesie innodarunt a strenuis viris — in *plawe* — in *wyda* et — in *gera aduocatis* nostris fidelibus piis et dilectis dominabus sanctimonialibus appropriamus nihilo minus eandem presentibus confirmamus nec quidquam nobis ac nostris posteris in eisdem bonis iuris dictionis et seruicii reseruamus verum solum eterne recubationis premium apud deum. Vt igitur gratia nostre appropriacionis firma ac inretractabilis perseueret nec per quempiam successorum nostrorum aut per nos ipsos valeat aliquatenus irritari presentes dedimus pro cautela nostri sigilli appensione efficaciter communitas. Actum in *Warthberg* anno domini M. CCC. III. feria III. ante ascensionem domini.

(Im Vidimus des Franco episcopus Lerossensis, der die vices des Bischofs Johannes von Meissen führt, gegeb. zu Dresden den 24. Juni 1356. — Urk. im Geh. H.-St.-A. Weimar.)

CLV.

Die Gebrüder Eberhard, Erkenbert, Ludwig und Heinrich von Bogtsberg bekennen, daß durch Vermittelung der Äbte von Volkerode und St. Georgenthal (in Thüringen) nach dem Spruche eines aus den Herren Eberhard von Wiedersberg, Arnold von Dobeneck, Friedrich Pfarrer zu Schönbach und Dietrich Gemeindevorsteher in Münchenreut bestehenden Schiedsgerichtes ihr [der Gebrüder] Streit mit dem Abt und Konvent in Waldsassen wegen der Kloster-Güter in Culm beigelegt sei und sie zum Ersatz für den durch sie der Kirche zu Waldsassen zugefügten Schaden 10 Mark bis zum bevorstehenden 25. Juli in Gegenwart der Bögte von Plauen und Weida an die Kirche zu zahlen schuldig sind. Eberhard von Wiedersberg und Rabe von Mechelgrün verbürgen sich für die Gebrüder. Den 3. Juli 1303.

Nos *Eberhardus Erkenbertus Ludewicus* et *Heinricus* fratres *de Voytesberg* recognoscimus publice per presentes quod omnis discordia et controuersia, que inter dominum — Abbatem et Conuentum in *Waltsachsen* ex vna et nos ex parte altera,